sennacherib rex assyriorum. ⁊ habitauit
in niniue. Et factuz est cum adoraret in
templo nesrach deum suū: adramelech
⁊ sarasar filij eius pcusserunt eū gladio.
fugeruntqꝫ in terram ararath. ⁊ regna-
uit asaraddon filius eius pro eo.

XXXVIII

In diebꝫ illis egrotauit ezechi-
as vsqꝫ ad mortem: ⁊ introiuit
ad eum esaias filius amos pro
pheta ⁊ dixit ei. Hec dicit dominus. Di
spone domui tue. quia morieris tu ⁊ nō
viues. Et conuertit ezechias faciem suā
ad parietem. ⁊ orauit ad dominum. ⁊ di
xit. Obsecro dñe memento queso quo-
modo ambulauerim coram te in verita
te ⁊ in corde perfecto. ⁊ quod bonū est in
ocul' tuis fecerim. Et fleuit ezechias fle-
tu magno. Et factum est verbum domi-
ni ad esaiaz dicens. Uade ⁊ dic ezechie
Hec dicit dñs deus dauid pr̄is tui. Au
diui orationem tuam ⁊ vidi lachrimas
tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos
quindecim annos: ⁊ de manu regis assy
riorum eruam te. ⁊ ciuitatem istam: ⁊ p
tegam eam. Hoc autē tibi erit signum a
dño. qꝛ faciet dñs verbum hoc quod lo
cutus ē. Ecce ego reuerti faciam vmbrā
linearum per quas descenderat in horo-
logio achaz in sole retrorsum. decē lineis
Et reuersus est sol decem lineis per gra-
dus quos descenderat. Scriptura eze-
chie regis iuda cum egrotasset ⁊ conua-
luisset de infirmitate sua. Ego dixi in di
midio dierum meorum. vadam ad por-
tas inferi. Quesiui residuum annorum
meorum. Dixi nō videbo dñm deum in
terra viuentium. non aspiciam hominē
vltra ⁊ habitatorez quietis. Generatio
mea ablata est ⁊ conuoluta est a me qua
si tabernaculū pastorum. Precisa est ve
lut a texente vita mea: dum adhuc ordi-
rer succidit me. De mane vsqꝫ ad vespe-
ram finies me sperabam vsqꝫ ad mane.
Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea

De mane vsqꝫ ad vesperam finies me:
Sicut pullus hirundinis sic clamabo:
meditabor vt columba. Attenuati sunt
oculi mei suspicientes in excelsum. Do
mine vim patior: rn̄de p me. Quid di-
cam aut quid respondebit mihi cuz ipse
fecerit? Recogitabo tibi om̄es ānos me-
os in amaritudine anime mee. Domīe
si sic viuitur: ⁊ in talibus vita spūs mei
Corripies me ⁊ viuificabis me: ecce in
pace amaritudo mea amarissima. Tu
autem eruisti animam meaz vt nō peri-
ret. proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea. Quia non infernus confi-
tebitur tibi: neqꝫ mors laudabit te. nō ex
pectabunt qui descendunt in lacū verita
tem tuam. Uiuens viuens ipse confite-
bit tibi sicut ego hodie. Pater filijs no-
tam faciet veritatem tuam. Dñe saluuz
me fac. ⁊ psalmos nostros cantabimus
cunctis diebus vite nostre in domo dñi
Et iussit esaias vt tollerent massam de
ficis ⁊ cataplasmarent sup vulnus ⁊ sa-
naretur. Et dixit ezechias. Quod erit si
gnum quia ascendam in domū domini?

XXXIX.

In tēpore illo misit merodach
baladā filius baladā rex baby-
lonis libros ⁊ munera ad eze-
chiam. Audierat enim qꝫ egrotasset ⁊ cō
ualuisset. Letatus est autē super eis eze-
chias: ⁊ ostendit eis cellam aromatum
⁊ argenti ⁊ auri ⁊ odoramentoruz ⁊ vn-
genti optimi ⁊ omnes apothecas suppel
lectilis sue. ⁊ vniuersa que inuenta sunt
in thesauris eius. Non fuit verbū quod
nō ostenderet eis ezechias in domo sua
⁊ in omni potestate sua. Introiuit autē
esaias propheta ad ezechiam regē ⁊ di-
xit ei. Quid dixerunt viri isti. ⁊ vnde ve
nerunt ad te? Et dixit ezechias. De ter-
ra longinqua venerunt ad me de babilo
ne. Et dixit. Quid viderūt ī domo tua?
Et dixit ezechias. Omnia que in domo
mea sunt viderunt. Non fuit res quam

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0990
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG